Capitanł Premysliens extunc recessu suprascripto, quo
ad respondendum spectat mediante, semper in primo
Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Iuri
parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscripti
oni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debe
bit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus, Eundem Ter
minum primum peremptorium Uti et alios omnes,
exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos, semper
peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorem
nitate successorum, legatione intra vel extra
Regnum, Servitio militari, ad munimenta ad Evicto
rem, vel alys quibusvis dilationibus, et legalibus
impedimentis, non differendo, ad quietationem praefatam
ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanł Premy
sliens Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq
motiones Appellationes, ac earum prosecutiones fa
ciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel tripli
catis, evasionibus, suspensionibus, fatalys Iuris, pro
scriptione Terrae, bello, conventionem, ac alys omnibus
Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti perso
nali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Szyieckich Coniugum mu tua Advitalitas.

637 Comparentes personaliter, Coram officio et Actis praesentibus
Castrens Capitanł Premysliens Nobiles Franciscus
Szyiecki olim Nobilis Martini Szyiecki, cum olim Nobi
li Hedwigi Swieykowska, olim Nobilis Stanislai Swiey=
kowski filia, Consorte eius legitima procreatus filius
ab una, et Marianna Rudnicka, olim Gnosi Nicolai
Rudnicki, cum Gnosa olim Zuzanna Zaluskowska
procreata filia, parte ab altera Coniuges legitimi
Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Distri
ctibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprys
et competentibus

Per ... Zarzycki

et competentibus recedendo, praefatae vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et Ipsque Consors cum eiusdem mariti sui uti tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu: sibi mutuo et invicem una pars alteri, omnium generaliter bonorum suorum Mobilium et immobilium, haereditariorum, et obligatoriorum, Summarumque pecuniarum quarumvis: necnon auri, argenti clenodiorum, Unionum, margaretarum, Vestium, Vestimentorum, tum stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equiriae, ac totius suppellectilis domesticae, in quacunque forma et materia existentis, nunc habitorum et in post habendorum, mutuam advitalitatem, et Usumfructum ad extrema Vitae Utriusque eorum tempora, tantummodo et non Ultra inscripserunt, concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt, concedunt, et assignant praesentibus, tali videlicet modo et conditione: Quod si prius praefatum Nobilem Franciscum Kyiecki maritum, quam ipsam Nobilem Mariannam Rudnicka consortem ipsius, mori, et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Marianna Rudnicka Consors Sua, bona suprascripta omnia, et summas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure, dominio, et proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis eorundem Utilitatibus, et Usufructibus, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice Utifruetur, ad extrema duntaxat Vitae suae tempora: post fata vero praefatae Nobilis Mariannae Rudnicka Consortis, extunc praedicta bona, et res generaliter omnes, Inscriptioni praesenti subiectae, morte praedicti Mariti sui derelictae, ad Successores

p[re]nominati mariti sui, sine quovis impedimento, et contradictione successorum p[rae]dictae consortis suae, totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoque si prius p[rae]fatam Nobilem Mariannam Rudnicka Consortem suam, quam ipsum Nobilem Franciscum Szyiecki Maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus, bona suprascripta generaliter omnia, morte p[rae]dictae Consortis suae derelinquenda, cum omni Iure dominio, et proprietate tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Usufruetur: post Mortem verò et de hac luce decessum eiusdem mariti sui, extunc bona suprascripta, morte eiusdem Consortis derelinquenda ad successores suos sine quovis impedimento et contradictione successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Istis suis p[rae]sentibus p[er]sonalibus Recognitionibus ad p[rae]missa mediantibus.

M. Krasicki et Krainski mutuò se se Quietant.

63 Comparentes personaliter, coram officio, et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Premyslien[sibus] Illustris et Magnificus Martinus Constantinus à Sietin, in Krasiczyn Krasicki, Castellanus Premyslien[sis] ab Una, et Generosus Samuel Stanislaus Krainski parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, p[rae]senti verò Castren[si] Capitan[eal]i Premyslien[si] Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus generaliter Contractibus, Interceptis, Scriptis